Fragmentarium

VIII B20/11

Capl̄o xlviii.

-dam ibi et confessionem deo. **De non morando cum impiis.**

Non demoreris in errore impiorum. Ante
mortem confitere. A mortuo quasi ni-
chil perit. Confiteberis vivens. Vivus
et sanus confiteberis et laudabis deum.
et gloriaberis in miserationibus illius.
Quam magna misericordia dei: et propitiatio il-
lius convertentibus ad se. Nec enim omnia
possunt esse in hominibus. quoniam non est in-
mortalis filius hominis. et in vanitate
malitie placuerunt. Quid lucidius sole.
et hic deficiet. Aut quid nequius exco-
gitavit caro et sanguis. et hoc arguetur.
Virtutem altitudinis celi ipse conspicit.
et omnes homines terra et cinis. Qui
vivit in eternum: omnia creavit simul.
xviii Deus solus iustificabitur: et manet invic-
tus rex in eternum. Quis sufficiet enar-
rare opera illius. Quis enim investiga-
bit magnalia illius. Virtutem autem
magnitudinis eius quis enuntiabit.
et quis adiciet enarrare misericordiam eius.
Non est minuere neque adicere: nec est inve-
nire magnalia dei. Cum consummaverit
homo tunc incipit: et cum quieverit.
operabitur. Quid est homo. et que gratia illius.
et quid bonum. aut quid nequam illius.
Numerus dierum hominum. ut multum
centum anni. Quasi gutte aque maris
deputati sunt: et sicut harene calculus.
sic exigui anni in die evi. Propter hoc
patiens est deus in illis: et effundet super
eos misericordiam suam. Vidit presumptio-
nem cordis illorum. quoniam mala est.
et agnovit subversionem illorum quoniam
nequam est. Ideo adimplevit propitiatio-
nem suam in illis: et ostendit illis viam
equitatis. Miseratio hominis circa proxi-
mum suum: misericordia autem dei super
omnem carnem. Qui misericordiam habet
et docet erudit. quasi pastor gregem
suum misereatur excipientis doctri-
nam miserationis. et qui festinat in iu-
diciis suis. Fili in bonis non des **Capl̄o xlix.**
querelam: et omni dato non des tristi-
ciam verbi mali. Nonne ardorem refri-
gerabit ros. sic et verbum melius quam
datum. Nonne ecce verbum super da-
tum bonum. et utraque cum homine
iustificato. Stultus acriter improperabit.
et datum indisciplinati tabescere facit
oculos. Ante iudicium para iusticiam tibi.
et ante quam loquaris disce. Ante lan-
guorem adhibe medicinam. et ante iu-
dicium interroga teipsum: et in con-
spectu dei invenies propitiationem. Ante lan-
guorem humilia te: et in tempore in-
firmitatis ostende conversationem tuam.
Non impediaris orare semper. et non verea-
ris usque ad mortem iustificari: quoniam
merces dei manet in eternum. Ante
orationem prepara animam tuam.
et noli esse quasi homo qui temptat
dominum. Memento ire in die consummatio-
nis: et tempus retributionis in conver-
satione faciei. Memento paupertatis
in tempore habundantie: et necessita-
tem paupertatis in die divitiarum. A ma-
ne usque ad vesperum immutabitur tem-
pus: et hec omnia citata in oculis dei.
Homo sapiens in omnibus metuit: et
in diebus delictorum attendet ab inertia.
Omnis astutus agnoscit sapientiam: et
invenienti eam dabit confessionem. Sen-
sati in verbis et ipsi sapienter egerunt
et intellexerunt veritatem et iusticiam
et imploraverunt proverbia. et iudicia.
Post concupiscentias tuas non eas. **Capl̄o L.**
et a voluntate tua avertere. Si prestes **De continentia anime.**
tibi anime tue concupiscentias eius.

quid iuvabit sole... / ...hic deficiet / ho... tu... / ...

Maii ... anno ...
Basilas ... ms a V. p. ...

/ nunc ... / ... / ... pediaris orare semp.